

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1494

Autre(s) référence(s) : Fauroux 48 / Tabuteau 139 / Round 702

Auteur(s) : Richard II, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Lisieux (chapitre cathédral)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1022-1026]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II donne au chapitre de Lisieux une terre de son domaine du Mesnil-Guéroud « Mancelet », l'église de Touque avec le marché à la Saint-Léger et celle de Verson avec les dîmes.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 48, p. 156-158.

Dissertation critique

1022 env. – 1026. Sur la datation de cet acte, voir FAUROUX, p. 158.

Texte établi d'après a

Pateat omnibus Christi fidelibus qualiter, nutu divinæ dispensationis, primitivæ status ecclesiæ per diversas provincias inchoaverit, ac postea per ætatum interstitia, rebus augmentatis, ad id, ubi nunc est, sublimitatis fastigium pervenerit. Nam post Dominicæ Ascensionis triumphum, cum apostoli, sancti viri et orthodoxi, ecclesias ad cultum divinæ religionis ordinatæ construxissent, quia plurimi, relicta gentilitatis idolatria, se christianæ professioni manciparunt, et patrimonia, quæ prius vanitati, pro animarum remedio, ecclesiæ utilitati contulerunt. Postquam autem genus posteritatis, majores imitando, tam sanctæ reipublicæ majestatem longe lateque diffusam magnifico ditavit imperio, sancti patres tunc temporis gubernationis fræna spiritualiter moderantes, per divinæ consilium providentiæ, habitis conciliis synodalibus, unanimiter decreverunt decretumque canonicis legibus confirmarunt ut quicumque filius perditionis dotem sanctæ matris ecclesiæ tanquam manu prædatoria exterminare præsumeret, ab ipsius gremio sequestratus, perpetuæ damnationi subjaceret. Quorum vero auctoritatem, ego Richardus, Dei annuente clementia Normannorum comes, pro consensu humanæ fragilitatis exequens, in nomine summæ et individuæ Trinitatis, tradidi fratribus Lisiacensis ecclesiæ quandam mei juris ac dominiæ terram cultam et incultam quæ dicitur Manilgyrot Mancelet, cum omnibus utensilibus, et ecclesiam de Toucqua, cum mercato in festivitate Sancti Leodegarii coadunando, et illam de Verson, cum decimis, appenditiis, et terram cujusdam Anchitelli, quam jure proprio et beneficiâ tenebat, cum omnibus ad eam pertinentibus, de rationis tenore, ut sine contradictionis molestia digne honesteque ad ecclesiasticæ servitutis obsequia sustentarentur, et assidue pro me meisque tanquam præsentibus beneficiis commoniti præcarentur. Hanc etiam traditionem devote legitimeque peractam jussi litterarum testimonio confirmari, ne oblivioni tradita facile posset dissolvi.

S. Roberti comitis hanc chartam firmavit.
S. Richardi comitis, qui hanc chartam subtus firmavit.
S. Heberti præsulis, Ambianensis (sic) episcopi.
S. Gildeberti, filii Godefridi comitis.
S. Hildeberti, filii Droconis.
S. Rodulphi, filii Rodulphi de Redemaco.
S. Valselini militis Lisiacensis episcopi.
S. Rogerii, militis Sancti Petri Lisiacensis episcopi.
S. Gilberti, fratris Rogerii militis.